BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 182v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cito protulit. et manus constanter
in ignem extendit. et cum fiduci-
ait. Ecelo ista possideo. sed propter di-
leges hec ipsa despicio. quoniam
ab ipso me ea recepturum spero
ita ut et rex et qui cum ipso erant
mirarentur adolescentis animum
qui tamquam nichilum duceret crucia-
tus. et hoc ita defuncto. quartum
similiter vexabant torquentes.
et cum iam esset proximus ad
mortem sic ait. Pocius est ab ho-
minibus morti datos spem ex-
spectare a deo. et iterum ab ipso re-
suscitandos. tibi enim resurrectio
ad vitam non erit. Et cum admo-
nissent quintum vexabant eum
At ille respiciens in eum dixit.
Potestatem inter homines habens
cum sis corruptibilis facis quod
vis. Noli autem putare genus nos-
trum a deo esse derelictum. Tu
autem patienter sustine et videbis
magnam potestatem ipsius qua-
liter te et semen tuum torquebit
Post hunc ducebant et sextum
et is mori incipiens sic ait. No-
li frustra errare. Nos enim propter
nosmet ipsos hec patimur pec-
cantes in deum nostrum et digna
admiracione facta sunt in nobis
Tu autem ne existimes tibi impune
futurum quod contra deum pug-
nare temptaveris. Supra mo-
dum autem mater et bonorum et
memoria digna que perimites
septem filios sub unius diei tem-
pore conspiciens bono animo

ferebat propter spem quam in
domino habebat singulos mor-
hortabatur fortiter patria voce
repleta sapiencia et feminee co-
gitacione masculum animum in-
serens dixit ad eos. Nescio qualiter
in utero meo apparuistis. Neque ego
spiritum et animam donavi
vobis et vitam. et singulorum mem-
bra non ego ipsa conpegi. Sed enim
mundi creator qui formavit ho-
minis nativitavit. quique homi-
num invenit originem et spiri-
tum vobis iterum reddet et vitam
sicut nunc nosmet ipsos despicitis
propter legem eius. Antyochus
autem contempni se arbitratus simul
et exprobrantis voce despecta cum
adhuc adolescentior superesset non
solum verbis hortabatur. sed et
cum iuramento affirmabat di-
vitem se et beatum facturum.
et transatum a patriis legibus
amicum habiturum. et res neces-
sarias prebiturum. Sed ad ista
cum adolescens nequaquam inclina-
retur. vocavit rex matrem et sua-
debat ei. ut adolescenti fieret in
salutem. Cum autem multis eam
esset verbis hortatus promisit
suasuram se filio suo. Itaque incli-
nata ad illum irridens crudelem
tyrannum ait patria voce. fili mi-
serere mei quia te in utero decem
mensibus portavi et lac triennio
dedi. et alui. et in etatem istam
perduxi. peto nate ut suscipias
suspicias in celum et terram.